



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Pro diuini beneplaciti impletione ad B. Mariam, precatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Ioan. 19.  
V 10.

**B**enignissime Domine Iesu Christe, Saluator & redemptor humani generis, ac  
impositum, scilicet nostræ redemptionis opus, quod multis cum laboribus  
incepisti, & cum maximi doloribus perfecisti, ac tandem totius passionis tuæ  
consummationem Patri tuo in summa obtulisti, dicens: *Consummatum est. Benedic-*  
*tum sit Domine ex hoc nomen tuum sanctum, quia ad hoc consummasti, ut nos*  
*simus in bono consummati, & inimici nostri consumpti. Rogo ergo te humiliter*  
*da mihi mandata tua perficere, in eis usque in finem perseverare, quotidie in*  
*tuis sacratissimis virtutibus proficere, omniaq; bene acta & agenda ad tuam lau-*  
*dem ordinare & consummare: consummata vero tibi, & per te Deo Patri offerre,*  
*ut in hora mortis meæ merear dicere. En Domine Deus meus, opus quod præce-*  
*pisti mihi ut facerem, perfectum est. Nunc venio ad te Iesus Salvatorem &*  
*redemptorem meum, ut videam te faciem, omnis consummationis scopum*  
*& finem, Amen.*

Pro intentione simplici, quolibet in opere, Precatio.

**A**mantissime Domine Iesu Christe obsecro te per amorem illum perfectissi-  
mum, quo salutem nostram zelando, ubique tam fideliter, quam feruenter  
queraris: da mihi rectam, puram, simplicem ac deiformem in singulis inten-  
tionem, ut in quibuscumque agendis aut dimittendis, elegendis atque cauendis, &  
viens & moriens non aliud queram, non aliud intendam, quam pure gloriam  
& beneplacitum tuum. Da igitur mihi fidelissime amator, ut ex toto corde meo  
desiderem, diligam & queram nihil in tempore & æternitate, / extincto per gra-  
tiam tuam in me penitus omni priuato amore, quam tuum honorem & gloriam,  
Amen.

Pro diuini beneplaciti impletione, ad beatam Virginem Mariam, Precatio.

**E**xcellentissimæ dignitatis mater Dei Virgo Maria, obsecro te per singularem  
illam præminentiam, qua cunctis coelestibus spiritibus praestas; ut portæ glo-  
riosissimæ super omnes Angelorum choros exaltata, coelestium ciuium regi-  
na constituta, summæ adorandaq; Trinitati proxima, potentissima simul ac mi-  
sericordissima, impetra mihi velle & perficere omne beneplacitum dilectissimi  
filii tui, illucq; ordinare omnes cogitatus, conatus & affectus cordis mei, ut volun-  
tati eius iugiter obediam, & ita placeam, ut post hanc vitam tecum æternam felici-  
citer percipere merear, Amen.

Pro fidelitate &amp; gratitudine ad diuam Virginem Mariam, Precatio.

**O**abyssus omnium gratiarum & speculum omnium virtutum misericordissima  
atque dulcissima Domina mea sancta Maria, impetra mihi à Deo, cuius es  
mater & filia, ut propter suā pietatē & tuā benignitatem auferas à me odibile  
ingritudinem, omnemq; cordis duritiam: ut beneficiis eius, scilicet, creationis, re-  
demptionis, misericordissimæ vocationis, protectionis, & cetera, cum summa  
animi gratitudine recolere valeam, ipsumq; inde sinenter laudem & honorem,  
ipsi cum castissimo cordis iubilo gratias agam, ipsum continentem cum profundissima  
humilitate, filiali nō more, summaq; reverentia magnificem & adorem, ipsiusq;  
mandatis perfectè obtemperem. Rogo te præterea ò mater suauissima, quæ reuera  
meritis

